immateriales. lud ipſum circà quod verſatur hæc Scientia in fieri, illud quod in cognitionem venire debet: Si jam cauſæ ejus eſſent eædem, non *medium* Cognitionis, ſed *objectum* conſtituerent.

VIII.

Materiale & Immateriale ſunt Contraria. Contrariorum Natura ex alterutrius ad minimùm poſſibili notitiâ cognoſcitur; At hic neque *Materialis notitia* eſt quia demum *adhuc quæritur*: neque *Immaterialis*, quod à priori *ignotum eſt*; idque planiſſimè: nec fictionem admittit, quia ignorato materiali, non invenit analogismũ, ſub quo fingatur & imaginationi imprimatur; Itaque Rationi non cognoſcibile eſt, quid ſit Immateriale ergò nec Cauſa immaterialis, &

Sed nec materiales, nec immateriales cognoſcibiles ſunt,

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG